



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 54. Martyres Avenionetenses.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](#)

gam compulit; & Marchiæ Comiti, cui Sæcul. XIII.  
Comes irata venenum parari voluerat, A. C. 1242.  
generoso ignovit animo: quod anno 1242  
factum. Comes Tolosanus Regis pro-  
gressibus bellicis obstupefactus pacem pe-  
tit, & anno sequente Lauriaci in agro  
Vaftinensi obtinuit.

## §. LIV.


*Martyres Avenionetenses.*

**S**editio Comitis Tolosani Occitaniæ hæ-  
reticorum animos accedit: & legi- *Boll. 29.*  
mus, eodem anno 1242. 29 Maji in per- *Maj. 29. 18.*  
vigilio Ascensionis a quibusdam eorum  
sectæ addictis Inquisitores fuisse occi-  
sos; nempe tres Fratres Prædicatores,  
Guilielmum Arnaldum, Bernardum Ru-  
pifortinum, & Garsiam Aurianum; duos  
Fratres Minores, Stephanum Narbonen-  
sem, & Raymundum Carbonensem;  
Priorem Avenionensem monachum  
Clusanum, Raymundum Canonicum &  
Archidiaconum Tolosanum, Bernardum  
eius Clericum, Petrum Arnaldum Nota-  
rium, Fortanerium & Ademarum Cle-  
ricos. Hi undecim nocte in conclavi  
Comitis Tolosani jubente eius Praetore  
trucidati sunt Avenioneti nunc Papulo-  
politanæ, tunc Tolosanæ Dioecesis op-  
pido. Illorum cæde comperta Cardina-  
les in interregno Romæ præsentes

*Hist. Eccles. Tom. XX.*

Dd Fra-

**Sæcul. XIII.** Fratrum Prædicatorum per Saluviorum  
**A.C. 1242.** terram Magistro Provinciali instar o-  
 mnium Fratrum ea de re epistolam scri-  
 pserunt, in qua viros per hoc facinus vi-  
 ta privatos, mortis causa & circumstan-  
**G. Pod.** tiis spectatis, Martyres vocant. Scele-  
**Laur. c. 45.** ris atrocitas a bello contra Regem cœ-  
 pto revocavit aliquos eorum, qui se cum  
 Comite in illud immiserant. Sed an-  
 no proximo Comes pace Lauriaci con-  
 fecta Tolosam reversus quosdam homi-  
 nes, qui cædi adfuisse dicebantur,  
 comprehensos ad patibulum  
 condemnavit.



HISTO-